Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36545
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



electionis comutatus est. Ubi ergo tot tantaque pro
cedunt exempla, non det locum desperacioni collo quere
mala. Cum etiam scriptum sit. In quacumque die
peccator ingemuerit salvus erit et rursum Nolo
mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat. De
conversione uero in melius neququam mutanti quid aliud re
spondeam nisi ut quod heri quisque non egit ho
die dum adhuc vivere licet agat. ne differat de die
in diem, dum nescit si unam correctionis habeat diem,
sed pravae consuetudini resistat de mane et vespere
Nunc cepit haec mutatio dexterae excelsi. Cupiditas dicitur
Valde sine culpa est quod quidam honda concupiscis,
quia non multiplicare appetis sed egere pertu
mescis. et quod male retinet alius. ipse melius
expendis. Mundi contemptus .xii.

Ista nunc aput seculares homines sine offen
sione et periculo procuratur. quia quanto quisque
amplius habere cepit. tanto magis habere concupis
cit sicut scriptum est. Avarus pecuniis non imple
bitur. quare minime quam sit detestanda paulus
dicit. Avaricia quae est ydolorum servitus. et alibi
Qui volunt divites fieri incidunt in temptacionem
et in laqueum dyaboli, et in desideria nociua. que mer
gunt homines in perdicione. Item avaro nichil
scelestius. et iacobus. Divitie vestre putrefacte
sunt. vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum